

vè ut aliis me expediam terminis: *Concubitus inter unam, aut duas maritatas personas.* Undè, si fœmina adulterans est conjugata, gravius deprehenditur peccatum, quàm si vir solum conjugatus foret, & non fœmina, ob graviora incommoda, quæ ex tali illicito concubitu necessariò consequuntur; ut damnum veri, & legitimi hæredis; prolis incertitudinem; & alia hujusmodi: Si verò uterque sit Matrimonio copulatus, adhuc gravius est, cum duæ in utriusque conjugem innocentem injuriæ insurgant, etiam in confessione aperiendæ.

36. Incestus, quarta luxuriæ species est consanguineorum, vel affinium abusus; atque adeò incestuosi dicuntur, qui consanguineis, vel affinibus suis abutuntur. Sic aptius illius detegitur essentia: *Congressus cum consanguinea, vel affine in quartum usque gradum.* Quare eò gravius erit peccatum, quò gradus est propinquior, quem perindè in confessione exprimere, saltem securius est, ut valida ac numerosa Doctorum cohors mordicè sustinet.

37. Incestus verò cum consanguineâ multò gravior, quàm cum affine in eodem gradu censetur, v. g. cum matre, quàm cum novercâ; cum sorore propriâ, quàm cum cognato spiritali, vel legali. Si ergò in primo gradu fuit incestus, ut cum matre, filiâ, aut sorore. &c. satis erit dicere in confessione, habui rem cum consanguineâ in lineâ rectâ, sic crebrò discursant Neoterici, & si aliter sentiant.

38. Raptus, quinta luxuriæ species, est: *Violenta puella à domo patris eductio, ut corrupta in uxorem habeatur.* Unde, si spontè discedat, adhuc infœcis parentibus, non erit propriè & formaliter raptus, sed fuga, non addens malitiam specie distinctam fornicationi, ut nonnulli tenent Doctores. Cæterùm, dum persona aliqua, sive masculus, sive fœmina, sive nupta, sive innupta libidinis causâ abducitur illatâ vi, proculdubio raptus censetur.

39. Tandem ex novo deducimus jure, quòd inter raptorem, & raptam intercedit impedimentum dirimens, quandiù rapta in pristinam non redit potestatem, & in loco tuto non locatur, in quo si postea in raptorem liberè consenserit, poterit raptor eam in uxorem ducere: Quamobrem raptor, & omnes ipsi consilium, auxilium, favoremque præstantes, sunt ipso jure excommunicati, aliisque pœnis in textus litterâ contentis mulctari debent; & si qui eorum ordinibus sacris initiati fuerint, de propriis gradibus sunt deturbandi.

40. Audi modò recens Tridentini decretum sess. 24. cap. 6. *Decernit Sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quandiù ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium. Quòd si rapta à*

rap-

raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & favorem præbentes, sint ipso jure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces; & si Clerici fuerint, de proprio gradu decendant. Ergo:

41. Cæterùm, Authores decantatæ notæ non desunt, qui agrè Magistram carpunt, eò quòd species luxuriæ inceperit in hac recensere distinctione, & earum lineam ad finem non protenderit. Verùm immeritò ipsum objurgant, cum ibi solum distinguat Magister aliqua peccatorum genera circa actum carnalem, quæ maxime conducunt pro pleno fornicationis captu. Ast, cum nostri muneris sit, proprias Magistri agere partes, ne deinceps ejus littera ipsis, aliisque mutila, diminutaque appareat, lineam à Magistro inchoatam in metam usque protrahere decrevimus.

42. Sacrilegium ergò, sexta luxuriæ species, est: *Violatio rei sacræ per actum venerem.* Res autem sacræ, quæ sic fœdantur, sunt locus, & persona; atque adeò omnis actus luxuriosus exterior in loco sacro operatus, ut in templo, vel cœmeterio, est sacrilegium, nisi fiat à conjugatis ex necessitate, ut ad vitandam incontinentiam.

43. Insuper, etiam sacrilegium censetur actus luxuriosus, tum interior, tum exterior in personâ, vel cum personâ voto castitatis astrictâ: Quocirca probabile autumatur, necesse non fore exprimere, utrum fuerit votum solemne, aut simplex: Sicuti, neque si duplici titulo fuerit consecrata v. g. quia est Sacerdos, & Religiosus, eò quòd moraliter una sit malitia. Hoc judicium, etsi pluribus, non tamen arridet omnibus.

44. Sodomia, quæ septima in ordine luxuriæ arbitratur species, in duplici contemplatur differentiâ. Alia est imperfecta, & perfecta alia. Sodomia imperfecta sic communiter referatur: *Congressus maris cum fœmina, sed extra vas naturale, & legitimum.* Potest insimul sodomia alias malitiæ comprehendere species, adulterii quippe, si fiat cum conjugatâ; aut incestus, si cum consanguineâ expleatur.

45. Sodomia perfecta est: *Congressus duorum ejusdem sexus, ut maris cum mare, vel fœmina cum fœmina.* Et quemadmodum imperfecta sodomia adjunctas alias habere potest malitias, ut incestus, & adulterii; sic pariter sodomia perfecta illas comprehendere valet, ut ex se claret. In confessione verò, ut aliquibus placet, non requiritur, ut gradus consanguinitatis, aut affinitatis exprimantur; quia tunc per sodomiticum actum non immiscetur caro, nec contrahitur affinitas, nec linea variat speciem.

R 2

Be-

46. Bestialitas, quæ est gravissimum inter cuncta peccata; ultimaque luxuriæ species, sic recluditur: *Congressus, in quo speciei identitas non servatur.* Ut, si homo coeat cum bestia, sive ejusdem sexus sit, sive non. Neque opus est expendere, qualis, sive cuius speciei fuerit, cum tantum sit differentia materialis, & in genere entis, non verò formalis, & in genere moris. Tandem observare oportet, quod ad hanc revocatur speciem congressus cum dæmone succubo, vel incubo; cui peccato superadditur malitia contra religionem; & præterea sodomia, adulterii, vel incestus, si affectu viri, vel foeminae sodomitico, adulterino, vel incestuoso cum dæmone coeat. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficientiant.

47. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ distinctionis partis demonstratione, hoc tertium præfigitur theorema: *Affinitatum nomina non illepide ipsis aptantur contrahentibus.* Quod dumtaxat probat Magister, nonnulla affinitatum recensendo nomina, quæ juxta proprietatem, genuinumque eorum sensum, satis congruè ipsi contrahentibus consonant.

48. Alexander Papa, circa vulgarem cognatorum, affiniumque appellationem, hæc primò habet dist. 35. q. 5. can. *Quod ante frater*, ex quo ad litteram ea Magister transumpsit. *Quod frater, sorore uxoris tua cognati dicantur, equivocationis jure fit, & necessitate vulgaris appellationis, potius quàm ulla cognationis causa.* Ergo solum propter nomen inopiam, frater uxoris, & soror ejus dicuntur cognati viri, cum aliis propriis, & characteristicis deberent insigniri nominibus.

49. Secundò: Uxor fratris, *fratrissa* potius, quàm cognata dicitur; profectò nomen à viro suo sumens, qui cum sit in primo consanguinitatis gradu cum altero fratre suo, in eodem est affinis etiam cum uxore fratris sui: ergo cum hic jure optimo dicatur frater illius, eodem titulo, rationeque uxor sui fratris potius *fratrissa*, quàm cognata debet appellari respectu illius. Et quidem; quia si frater tuus contrahat cum Mariâ, ipsa est tibi affinis in primo genere, simulque *fratrissa*.

50. Tertio: Frater mariti, *Levir* dicitur; duorum verò fratrum uxores, *Famitores* vocantur quasi eandem januam intrantes. Soror viri appellatur *Glos*; vir autem sororis non fortitur speciale nomen, sicut nec uxoris frater. Unde, propter nominum penuriam, plura eadem expendimus voce. Et hæc de tertiâ, & ultimâ distinctionis parte satis superque sint dicta.

QUESTIONES.

51. QUÆSTIO 1. Per quam copulam affinitas contrahatur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 41. q. unic. art. 1. *Go-*

net tom. 5. tract. 8. disp. 9. art. 9. Reding tom. 8. q. 12. art. 3. Controv. 1. Anton. à Spirit. S. tom. 1. tract. 11. disp. 7. sect. 11. Salmant. tom. 2. tract. 9. cap. 1. punct. 8. Candidus *disquis.* 28. art. 2. dub. 7. Contenson tom. 2. lib. 11. p. 4. *dissert.* 4. cap. 2. *specul.* 1. Casianus à S. Eliâ tom. 1. verb. *Matrim.* cap. 21. §. 8.

52. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 41. q. unic. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 6. Mastrius in 4. disp. 7. q. 18. art. 1. Macedo de *Clavib.* tract. 6. de *Matrim.* cap. 10. Frassen tom. 4. disp. ult. art. 3. §. 12. Carriere tom. 2. art. 21. q. 5. Cottonius tom. 1. lib. 5. Controv. 1. cap. 5. q. 2. Castillent. in *Polyanth.* Seraph. verb. *affinitas*, diff. 1. num. 1. & seqq. Durand tom. 4. tract. 5. disp. ult. q. ult.

53. Ex Scholâ Eximiâ Tambur. tom. 2. lib. 8. cap. 12. §. 1. & 4. Sanchez lib. 7. de *Matrim.* disp. 74. Gasp. Hurtado disp. 20. de *Matrim.* diff. 1. Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 1. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 34. Henriquez lib. 12. cap. 10. num. 1. Mart. Perez disp. 31. sect. 5. num. 4. Layman lib. 5. tract. 10. cap. 5. num. 1. Gobat tract. 9. num. 389. Tannerus tom. 4. disp. 9. q. 4.

54. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 41. q. 1. & seqq. Diana 53 p. tract. 13. *resol.* 64. Basilius Ponze lib. 7. cap. 33. num. 2. Gavardi tom. 6. q. 3. de *Matrim.* art. 5. Bonacina de *Matrim.* q. 3. punct. 12. num. 11. Basæo verb. *Matrim.* §. 11. num. 2. Aversa de *Matrim.* q. 17. sect. 1.

55. QUÆST. 2. Quæ affinitas Matrimonium dirimat? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 41. q. unic. art. 1. & 2. Salmant. tom. 2. tract. 9. cap. 12. punct. 8. Contenson tom. 2. lib. 11. part. 4. *dissert.* 4. cap. 2. *specul.* 1. Conet tom. 5. tract. 8. disp. 9. art. 9. Reding tom. 8. q. 12. art. 3. Controv. 1. Casianus à S. Eliâ tom. 1. verb. *Matrim.* cap. 21. §. 8. & seqq. Mauritius de Lezana tom. 1. verb. *affinitas*, num. 2. Raynerius de Pilsis tom. 1. verb. *Matrim.* tit. 2. num. 1. & seqq. Anton. à Spirit. S. tom. 1. tract. 11. disp. 7. sect. 11.

56. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 41. q. unic. Mastrius in 4. disp. 7. q. 18. art. 1. Macedo de *Clavib.* tract. 6. de *Matrim.* cap. 10. Carriere tom. 2. art. 21. q. 5. Frassen tom. 4. disp. ult. art. 3. §. 12. Hiquans in 4. dist. 41. q. 1. art. 1. & seqq. Castillent. tom. 1. in *Polyanth.* Seraph. verb. *affinitas*, diff. 1. num. 3. Cottonius tom. 1. lib. 5. Controv. 1. cap. 5. q. 2. Durand tom. 4. tract. 5. disp. ult. q. ult. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 6.

57. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 36. & seqq. Sanchez lib. 7. de *Matrim.* disp. 66. num. 11. Tambur. tom. 2. lib. 8. cap. 12. §. 1. 2. & 3. Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 1. Valentia tom.

tom. 5. disp. 10. q. 5. punct. 3. Coninch disp. 32. num. 53. Layman lib. 5. tract. 10. p. 4. cap. 6. Mart. Perez disp. 31. sect. 4. Vazquez 1. 2. q. 74. art. 8. disp. 112. Tannerus tom. 4. disp. 9. q. 4. Gobat de Matrim. tract. 9. num. 389.

58. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 41. q. 2. & seqq. Basilius Ponze lib. 7. de Matrim. cap. 34. Diana p. 8. tract. 1. resol. 68. Bonacina q. 3. de Matrim. punct. 11. num. 2. & seqq. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 4. & seqq. Averfa q. 17. de Matrim. sect. 1. Bassao verb. Matrim. §. 11. num. 3. & seqq.

59. QUÆST. 3. In quo affinitatis constitutum consistat? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 41. q. 1. art. 1. & 2. 2. q. 154. art. 1. & seqq. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 9. art. 9. Reding tom. 8. q. 12. art. 3. Controv. 1. Casianus à S. Elia tom. 1. verb. Matrim. cap. 21. §. 8. num. 1. Anton. à Spirit. S. tom. 1. tract. 11. disp. 7. sect. 1. & seqq. Contenson tom. 2. lib. 11. part. 4. dissert. 4. cap. 1. specul. 1. Mauritius de Lezana tom. 1. verb. affinitas, num. 1. Salmant. tom. 2. tract. 9. cap. 12. punct. 7. & seqq. Raynerius de Pisis tom. 1. verb. Matrim. tit. 1. num. 1.

60. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 41. q. unic. Hiquæus in 4. dist. 41. q. 1. art. 1. Aquila in 4. dist. 41. q. 1. Castillent. in Polyanth. Seraph. verb. affinitas, diff. 1. num. 1. Maltrius in 4. disp. 7. q. 18. art. 1. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 10. Carriere tom. 2. art. 21. q. 5. Cotonium tom. 1. lib. 5. Controv. 1. cap. 5. q. 2. Frassen tom. 4. disp. ult. art. 3. §. 12. Durand tom. 4. tract. 5. disp. ult. q. ult. Boscus tom. 6. disp. 21. sect. 4. & seqq.

61. Ex Scholâ Eximiâ Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 1. Tambur tom. 2. lib. 8. cap. 12. §. 1. & seqq. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 34. Tannerus tom. 4. disp. 9. q. 4. Layman lib. 5. tract. 10. cap. 5. num. 1. Gobat tract. 9. num. 389. Valentia tom. 5. disp. 10. q. 5. punct. 1. & seqq. Vazquez 1. 2. q. 74. art. 8. disp. 112. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 66. num. 5. Mart. Perez disp. 31. de Matrim. sect. 1. & seqq. Henriquez lib. 12. cap. 10. num. 1. Gasp. Hurtado disp. 20. de Matrim. diff. 1.

62. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 41. q. 1. art. 1. & seqq. Bassao verb. Matrim. §. 11. num. 49. Bonacina q. 3. de Matrim. punct. 9. num. 1. Basilius Ponze lib. 7. de Matrim. cap. 33. num. 1. Averfa de Matrim. q. 17. sect. 1. Diana 5. p. tract. 13. resol. 64. & p. 8. tract. 1. resol. 68. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 5.

63. QUÆST. 4. An Pontifex possit in primo affinitatis gradu licet

neâ transversalis dispensare? De quo, dist. 40. quest. 4.

64. QUÆST. 5. An Pontifex possit dispensare in impedimentis dirimentibus? De quo, dist. 40. quest. 5.

65. QUÆST. 6. An Papa possit dispensare in voto solemnâ castitatis? De quo, dist. 38. q. 4.

66. QUÆST. 7. An Papa super impedimento ordines dispensare valeat? De quo, dist. 37. q. 12.

67. QUÆST. 8. An Pontifex possit licet ac validè super impedimentis dispensare? De quo, dist. 37. q. 12.

68. QUÆST. 9. Quid sit fornicatio, ejusque species? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 5. Anton. à Spirit. S. tom. 2. tract. 9. disp. 1. sect. 1. Mauritius de Lezana tom. 1. verb. luxuria, num. 1. Raynerius de Pisis tom. 1. verb. luxuria, tit. 1. num. 1. & seqq. Scotus in 4. dist. 41. art. 3. & seqq. Reding tom. 11. q. 4. art. 2. Controv. 1.

69. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 41. q. unic. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. luxuria, diff. 1. num. 1. & seqq. Portel in dub. regular. verb. luxuria, num. 1. Carriere tom. 2. art. 31. q. 1. & seqq. Cotonium tom. 1. lib. 5. Controv. 1. cap. 1. q. 1.

70. Ex Scholâ Eximiâ Carleton tom. 2. disp. 105. sect. 5. Tambur tom. 1. lib. 7. cap. 1. §. 1. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 23. Layman lib. 3. sect. 4. num. 10. Læsius lib. 4. cap. 4. dub. 15. Fil. iucius tract. 30. cap. 2. num. 39. Fagúndez lib. 96. cap. 1. Azor cap. 11. q. 1.

71. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 41. q. 1. art. 1. Bonacina de Matrim. q. 4. punct. 14. num. 3. Trullench tom. 2. lib. 6. cap. unic. diff. 1. Verde q. 3. §. 1. Gaudent. tom. 5. tract. 1. de virt. disp. 2. q. 3. dub. 13.

72. QUÆST. 10. An, & quid sit stuprum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 6. Capisuchus q. 13. assert. unic. S. Antoninus 1. p. tit. 5. cap. 16. Syluius 2. 2. q. 154. art. 6. Reding tom. 11. q. 4. art. 2. Controv. 4. Anton. à Spirit. S. tom. 2. tract. 9. disp. 5. sect. 1.

73. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 41. q. unic. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. stuprum, num. 1. & seqq. Cordova in sum. q. 50. & lib. 1. qq. q. 13. Rodriguez tom. 1. sum. cap. 28. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 7. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 10. Cotonium tom. 1. lib. 5. Controv. 2. cap. 2. q. 2.

74. Ex Scholâ Eximiâ Suárez de penit. disp. 22. sect. 4. Vazquez 1. 2. disp. 112. cap. 2. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 14. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 26. Fagúndez lib. 6. cap. 6. Læsius lib. 2. cap. 10. dub. 1. Coninch disp. 7. num. 19. Henriquez lib. 2. de penit. cap. 8. Fillucius tract. 3. in 6. precep. cap. 3.

75. Ex aliis D. Bonaventura p. 1. Centilog. sect. 24. Gaudentius tom. 5. tract. 1. de virt. disp. 2. q. 3. dub. 3. Bassæo tom. 2. verb. stuprum, num. 1. Bonacina de Matrim. q. 4. punct. 7. Farinacius tom. 4. q. 146. Sayrus lib. 11. cap. 1. Trullench tom. 2. lib. 6. dub. 3. cap. 1. Remigius tract. 2. cap. 6. §. 7. Diana p. 2. tract. 3. resol. 2.
76. QUÆST. 11. An, & quid sit incestus? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 156. art. 7. Anton. à Spirit. S. tom. 2. tract. 9. disp. 4. sect. 1. Reding tom. 11. q. 4. art. 2. Controv. 4. Ledesma de Matrim. q. 55. art. 4. Capifuchus q. 13. assert. unic. Lezana verb. luxuria, num. 1. & seqq.
77. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 41. q. 1. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. incestus, diff. 1. num. 1. Cordova in sum. q. 50. & lib. 1. q. 9. 14. Portel in dub. regular. verb. incestus, num. 1. Rodriguez tom. 1. sum. cap. 29. Carriere tom. 2. cap. 30. num. 1. Cotonijs tom. 1. lib. 5. Controv. 3. q. 3. cap. 1. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 10.
78. Ex Scholâ Eximiâ Suarez de pœnit. disp. 23. sect. 1. & seqq. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 25. Tambur. tom. 1. lib. 7. cap. 4. §. 1. Henriquez lib. 2. de Matrim. cap. 56. Sanchez lib. 7. disp. 64. Fagundez in 6. præcep. lib. 6. cap. 6. Valentia tom. 5. tract. 3. disp. 9. q. 3. punct. 3. Fillincius tract. 30. cap. 5. Azor 3. p. lib. 3. cap. 9. quesit. 1.
79. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 41. q. 1. art. 1. & 1. p. centil. sect. 24. Bonacina de Matrim. q. 4. punct. 16. Diana p. 4. resol. 234. & p. 1. resol. 31. Caspensis tom. 1. tract. de peccatis dub. 2. Verde de incestus, q. 4. §. 49. Basilius Ponce tract. de impedim. caus. 30. cap. 24. §. 2. Trullench tom. 2. lib. 6. cap. unic. dub. 6. Aversa de Matrim. q. 17. sect. 3. Remigius tract. 2. cap. 6. §. 9. Bassæo verb. incestus, num. 1. Gavardi tom. 6. de Matrim. q. 5. art. 1. & seqq.
80. QUÆST. 12. An, & quid sit raptus; & utrum dirimat Matrimonium? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 7. Reding tom. 11. q. 4. art. 2. Controv. 4. & tom. 8. q. 10. art. 3. Controv. 1. Caspianus à S. Eliâ tom. 1. verb. Matrim. cap. 21. §. 15. Contenson tom. 2. lib. 11. p. 4. dissert. 4. cap. 2. specul. 1. Raynerius de Pisis tom. 3. tit. 1. de raptu cap. 1. Anton. à Spirit. S. tom. 2. tract. 9. disp. 6. sect. 1. Salant. tom. 2. tract. 9. cap. 12. punct. 13.
81. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 41. q. 1. Mastrius in 4. disp. 7. q. 14. art. 3. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 12. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. raptus, num. 1. & seqq. Rodriguez tom. 2. sum. cap. 213. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 9. Villalobos tract. 60. diff. 11. num. 1. Durand tom. 4. tract. 5. disp. ult. q. ult. Portel in dub.

- dub. regul. verb. raptus, num. 1. & seqq. Carriere tom. 2. cap. 31. q. 1. Cotonijs tom. 1. lib. 5. Controv. 4. q. 2. cap. 2.
82. Ex Scholâ Eximiâ Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 1. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 58. Tambur. tom. 1. lib. 7. cap. 6. §. 1. Gasp. Hurtado disp. 32. diff. 3. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 12. & 13. Coninch disp. 31. dub. 4. Henriquez lib. 12. cap. 14. Platelus tom. 5. cap. 7. §. 7. Escobar lib. 27. cap. 33. dub. 141. Gobat tract. 9. num. 541. Fagundez lib. 6. cap. 10. num. 2. Toletus lib. 7. cap. 17. Læsius lib. 4. cap. 3. dub. 9. & 11. Mart. Perez disp. 431. sect. 4.
83. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 41. q. 2. art. 2. Gaudentius tom. 5. tract. 1. de virt. disp. 2. q. 3. dub. 10. Farinacius tom. 4. q. 145. Bonacina de Matrim. q. 4. punct. 18. num. 3. Diana p. 10. tract. 16. resol. 84. Trullench tom. 2. lib. 6. cap. unico, dub. 4. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 7. Caspensis tom. 1. tract. de peccatis, dub. 3. & seqq. Basilius Ponce tract. de impedim. caus. 31. cap. 24. §. 3.
84. QUÆST. 13. An, & quid sit adulterium, & utrum dirimat Matrimonium? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 154. Reding tom. 11. q. 4. art. 2. Controv. 4. & tom. 8. q. 13. art. 1. Controv. 2. Anton. à Spirit. S. tom. 2. tract. 9. disp. 3. sect. 1. Raynerius de Pisis tom. 3. tit. 7. verb. adulter. num. 1. Lezana tom. 1. verb. adulter. num. 1. & seqq.
85. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 41. q. 1. Mastrius in 4. disp. 7. q. 19. art. 1. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 12. sect. 1. Cotonijs tom. 1. lib. 5. Controv. 7. q. 1. cap. 1. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. adulter. num. 1. & seqq. Portel in dub. regular. verb. adulter. num. 1. & seqq. Carriere tom. 2. cap. 34. q. 1. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 8.
86. Ex Scholâ Eximiâ Lugo de pœnit. disp. 16. sect. 5. Tambur. tom. 1. lib. 7. cap. 3. §. 1. Sanchez lib. 7. disp. 78. Coninch disp. 31. dub. 5. Henriquez lib. 12. cap. 14. Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 1. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 57. Mart. Perez disp. 33. sect. 3. num. 1. Gasp. Hurtado disp. 7. diff. 2. num. 7. Gobat tract. 9. num. 192. Escobar in Theolog. moral. lib. 27. sect. 2. dub. 49.
87. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 41. q. 3. art. 1. Gaudentius tom. 5. tract. 1. de virt. disp. 2. q. 3. dub. 5. Bassæo verb. Matrim. §. 6. num. 26. Bonacina q. 3. punct. 6. num. 8. Diana p. 9. tract. 7. resol. 26. Trullench tom. 2. lib. 6. cap. unic. dub. 5. Leander tom. 2. tract. 9. disp. 26. q. 1. Basilius Ponce lib. 7. cap. 45. Gavardi tom. 6. q. 3. de Matrim. art. 7. & seqq.